



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvod Ivdæi Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Capvt XXIIII. Quod cantus Christianoru[m] est Deo acceptus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

P A R A S T A S I S.

ea. lxxiiij. Puella sequestratae meliores sunt quam ille que  
 habent uirum. Item ille propheta cap. lxxiiij. Ego faciam,  
 dicit dominus Deus, uineam & flumina ad potum popu-  
 lo meo electo, & tu Iacob non obediens, & tu Israel non  
 audiens. Sicut nos, domine mi, sumus extra obedientiam,  
 nec habemus aures nec oculos, quapropter hæc captiui-  
 tas nostra tam usq; ad complementum mille annorum per-  
 uenit. Timeo, domine mi, de lege nostra que furoris iram  
 habet in promptu, & dicit oculum pro oculo &c. Sed  
 cerua illa æmulum habens unicum, dixit in Euangetio suo  
 glorioso Natthæ. v. Qui te percusserit in unam maxillam  
 statue illi alterã. Loquitur Dauid in psalmo. xxxi. Quam  
 magna, et quam multa dulcedo tua domine, quam absco-  
 disti timētibus te, & cōplcuisti eã sperantibus in te. Et

est clarū, domine mi, quod populus Synagoge ti-

muerūt pœnas legis .f. oculum pro oculo, quia

erat i promptu excutio Sed populus eccle-

sie sperans est in dulcedine Dei, qui

percussi in faciem non reperiunt.

Quapropter parauit illis Deus

.f. gētibus, magnã multitudi-

nẽ dulcedinis sue quã

abscondit à Iudæis.

Attamen &c.

CAPVT XXIIII.

Quod cãntus Christianorũ est Deo acceptus.

D 2

Paueo,

V E R I M E S S I A E

**P**raueo, domine mi, quod loquatur Deus de nobis per os Esa. cap. xxviii. cum ait. Erunt prophetae apud nos, sint sicut uerba libri signati quem non aperit lector, nec ignorans litteras. De filiis autem supradictis quos Deus toties descripsit, ut allegatum est, cum pluries loquitur Deus in eodem cap. cum dicit. Manifestabunt sanctum Iacob, & euangelizabunt Deum Israel, & accipient ignorantes scientiam, & musici scient leges. Aperte uidemus, domine mi, quod iam sunt mille anni quod ignorantes musici sciunt, & docent legem nostram, & qui sunt ignorantes nisi Gentiles, & qui sunt musici cantantes psalterium nostrum, & Prophetas in ecclesijs suis nisi Christiani? De quibus musicis, siue cantoribus, dicit Deus per os Dauid in psalmo. lxxv. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et quid est canticum illud nouum, domine mi, nisi Testamentum nouum, & antiquum nisi Lex antiqua? Et de istis etiam musicis dicit Deus per dauid Prophetam psalmo. xcv. Cantate domino omnis terra, psalmum dicite nomini eius. Et in eodem. Cantabunt tibi, & psallent nomini tuo uniuersae familiae gentium. Et notanter dicit, uniuersae familiae Gentium, & non Israel singulariter. De istis etiam musicis dicit Deus per os Dauid psalmo. lxxxvii. Beatus populus qui scit cantilenam, in lumine uultus tui ambulabunt. De illis etiam, domine mi, scribitur in psalmo. lxxxvii. Cantabunt tibi Gentes in domo dei mei canticum. In loco isto ponit cantilenam antomastie. Etiam sunt mille anni quod nos Iudaei non cantauimus ista

mus ista

P A R A S T A S I S.

mus in domo sancta. De istis cantoribus dicit David. Cantabunt canticum in domo dei in eternum. De nobis dicit in psalmo. cxxxix. Quomodo cantabunt canticum dei in terra aliena. Et qualiter potest esse, domine mi, quod speramus terram habere & nomen? cum Deus dixit per Amos prophetam cap. v. Cecidit Israël, & non resurget, uirgo Israël prostrata est, & non eleuabitur. Idem propheta cap. ix. Et ueniet tribulatio & non saluabitur qui effugerit ex eis, & si absconderint se in monte Carmeli, inde precipitabit eos manus mea, etiam si descenderint in profundum maris illuc mittam serpentes, & mordebunt eos, & si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladium & occidet eos, & ponam oculū super eos in malum & non in bonū, quod fecit nobis Deus. Iam sunt mille anni completi quod canticum & psalmum cantauimus, ex quo sic est. Attamen & c.

CAPVT XXV.

Quod Iudæi indebite reprehendunt cantus Christianorum.

**D**omine mi, dixit Deus de nobis. Ponam oculum meum super eos in malum, & non in bonum sicut manifeste uidemus, sunt mille anni. Dixit uero de istis filiis musicatoribus per os David. Omnes Gentes plaudite manibus, & cantate Deo in uoce laudis. Et alibi dicit. Iubilare deo omnis terra, seruite domino in letitia. Introite in cōspectu eius, dicas totū iubilare. Et psal. lxxvi.

D 3 Cantate